BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 183r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ad omnia que in eis sunt et in
telliges quia ex nichilo fecit illa
deus et hominum genus. Ita fit
ut non timeas carnificem istum
sed dignus fratribus tuis effectus
suscipe mortem ut in illa misera
tione cum fratribus tuis te recipi
am. Cum hec illa adhuc diceret
ait adolescens. Quem sustinetis.
Non obedio precepto regis sed pre
cepto legis que data est nobis per
moysen. Tu uero qui inuentor
omnis malitie factus es in hebreos
non effugies manum dei. Nos enim
pro peccatis nostris hec patimur
et si nobis propter increpationem et
correptionem dominus noster mo
dicum iratus est sed iterum recon
ciliabitur seruis suis. Tu autem
o sceleste et omnium hominum fla
gitiosissime noli frustra extolli ua
nis spebus in seruos eius infla
matus nondum enim omnipotentis
dei et omnia inspicientis iudicium
effugisti. Nam fratres mei modi
co nunc dolore sustentato sub tes
tamento eterne uite effecti sunt.
Tu uero iudicio dei iustas super
bie tue penas exsolues. Ego autem
sicut fratres mei animam et cor
pus meum trado pro patriis le
gibus inuocans deum maturius
genti nostre propitium fore teque cum
tormentis et uerberibus confi
teri quod ipse est deus solus. In
me uero et in fratribus meis
desinet omnipotentis ira dei que
super omne genus nostrum iuste
superducta est. Tunc rex accensus
in hunc super omnes crudelius
deseuit indigne ferens derisum
se. Et hic itaque mundus obiit per om
nia in domino confidens. Nouis
sime autem post filios et mater con
sumpta est. Igitur de sacrificiis
et de nimiis crudelitatibus satis
ad plenum dictum est. XVIII

Iudas uero machabeus et qui cum
illo erant introibant latenter in
castella et conuocantes cognatos
et amicos et eos qui permanse
rant in iudaismo assumentes
eduxerunt ad se sex milia uiro
rum et inuocabant dominum
ut respiceret in populum qui ab om
nibus calcabatur misereretur tem
plo quod contaminabatur ab im
piis misereretur etiam exterminio
ciuitatis que esset illico compla
nanda et uocem sanguinis ad
se clamantis audiret memora
retur quoque iniquissimas mor
tes innocentium paruulorum
et blasphemias nomini suo illa
tas et indignaretur super his.
At machabeus congregata mul
titudine intollerabilis gentibus
efficiebatur. Ira enim domini in
misericordiam conuersa est et super
ueniens castellis et ciuitatibus
improuisus succendebat eas et
oportuna loca occupans non pau
cas hostium strages dabat. Et
maxime autem noctibus ad huius
cemodi excursus ferebatur et
fama uirtutis eius ubique diffu

xviii

183